Cum uero metuendum sit hac aestate Maj.tem Suam in Vngaria admodum fore impeditam, consilio Deputatis ipsi uidetur, ut supplicetur Mti. suae, quo Electoribus, et circulorum Capitaneis aliquot Executioni huiusmodi poenae Imperialis bandi committat, ijsq. plena detur facultas exequendi omne id quod à Cesarea Maj.te de consilio dictorum Electorum (ut dictum est) constitutum fuerit: et ubi res postulauerit, aliorum et Circulorum auxilium implorare quae in summa omnia ea facienda, quae rationem pacis communis in similibus casibus bandi, et Executionis consuetae Imperialis, et ab ipso caeteris coram adesse fieri possunt uel deberent.

Vt etiam tanto magis occasio inobedientiae tollatur, uisum fuit Deputatis ad executionem non pertinere uti Mtas. sua olim adita Executioni mandata expiret, cessauit, et exacuit. Ita tamen ne non prius quam ista Executio effectum suum sortita sit publicetur.

Responsio Statuum Imperij ad 3.um Articulum Propositionis Imp: de duplici subsidio aduersus Turcam. Lecta 7.o Aprilis.

Ex Caesareae Mtis clementissimi Principis nostri Propositione Principes praesentes et alios Oratores, reliquiq. Status 3.um Articulum nempe de repentino eno et continuo plurium annorum contra Turcam subsidio in deliberationem uocarunt, et eo qui sequitur modo examinarunt.

Et primum quidem, et si diu multum, uariis, et gravibus hinc inde productis rationibus disputatum fuerit, an Sa: Ce: Mti Clementissimi Principis notas, in hoc praesenti, et imminenti Turcarum periculo, duplex, an uero triplex expeditio Romana secundum moderationem taxae singulorum Statuum decerni debeat. Atq. in eo damna incommoda, quae plures Status cum summa molestia, annis adhuc aliquot sustinuerunt diligenter examinarunt: Propter euidentem tamen praesentis periculi necessitatem, de qua Mtas sua in protestatione nos primum, deinde uero communis etiam Imperij Status, uiua uoce, clementer admonuit, Principum Senatus uisum est, duplicatam dare expeditionem propter complures subiectos Imperio Status, aliosq. quos, et si anni non ita multos annos aduersus conflit, uiso. n. exercitum in Imperij oneribus fere nullis, postea ab hominum memoria fuisse manifestum est, non tanti ut ea. 8.m Equitum, et 40.m peditum ad octo menses sustentari sufficere possit momenti esse futuram. Quamobrem Senatus eam uiam aggressus est, ea. consilia sua deuexit, uti Mti Suae in tam praesenti periculo maius quoddam subsidium, quo tanto barbaro adversus dictum hostem ob et clarissima haereditaria nostra, à Crudelissimo Tyranno uindicari tandem aliquando possit decernatur. Itaq. non obstantibus summis angustijs, et difficultatibus multorum Statuum, quas extrema ipsorum aerarius satis abunde ostendit, Triplicem huiusmodi Romanam uti dici solet expeditionem, sine tamen praeiudicio futuri, et alias decernendi aliquando subsidij hac tantum uice humiliter, et obsequenter, et uti Mtas sua promptam erga Sa Statuum uoluntatem cum ipsos etiam uires suas, ne Mti suae dicere alicubi uidentur transcendere cognouerit, ipsa expiatur, et communi consilio decernere placuit, certo sibi persuadendo. Caesaream Mtem promptam hanc ipsorum uoluntatem clementer suscipiendam, posteriq. animi non immemorem esse futuram.

Secundo praefatis Senatus, ut haec contributio quaeritur fiat, et haec omnium Status quam in alijs saepenumero contributionibus antehac factum est ratio habeatur cum in numerata pecunia, quemadmodum etiam Caesari placere uidetur soluendum, decernere placuit.

Cestio uero, cum quanto citiora, tanto praestantiora sint huiusmodi auxilia manifestum sit; uisum fuit huius contributionis solutionem tribus uicibus ut eo maioribus uicibus sola occurrij,